

## LIBER

LIBER TERTIVS, DI  
uisus a secundo.

SERMO GENERA  
ralis in perfectione, & in  
his quæ ad perfectio  
nem spectant.

Caput liij:

**P**RINCIPIORVM  
itaq; huius magisterij di  
stinctione tradita, necesse  
est ex promissione nostra  
intentum huius artis comple  
teprosequi, sermone il  
li conueniente. Et est scili  
cet consideratio omnis rei, per quam  
perfectio huius operis apertius ostē  
datur. Et cōsideratio necessitatis per  
fectionis medicinæ, scilicet vt discutia  
tur, ex qua re melius vel propinquis  
us eliciatur illa, ad omnem imperfe  
cti perfectionem. Et consideratio si  
militer artificiorum, per quæ cognos  
scamus an perfectio sit completa.  
His itaque traditis, & tota erit perfec  
tionis tradita cognitio, secundum  
nostre artis indigentiam.

SERMO GENERA  
lis in cognitione principio  
rum corporum;

Caput lv.



**C**OGNOSCERE  
VERO non est possibile  
transmutationem corpo  
rum vel ipsius argen. vi;  
nisi super mentem artifi  
cis deueniat vera cognis  
tio illorum nature, secun  
dum suas radices. Prius igitur corpo  
rum principia notificabimus, quid  
scilicet sint secundum causas suas, &  
quid boni vel mali in se contineant.  
Preterea vero ipsorum omnium corp  
porum naturas, cum suis omnibus  
proprietas monstrabimus, quæ  
videlicet sint cause corruptionis illo  
rum, cum suis experientijs probantes.

SERMO PARTICVLA  
ris in cognitione sulphuris  
& arsenici.

Caput lvi.

**S**ERMO IN  
primis spiritus  
um naturam, quæ  
ipsorum sunt cor  
porum principia, affirmantes  
quæ sunt videli  
cet sulphur ar  
gen. vi. & su  
um compar. Dicimus igitur, quoniam  
am sulphur & arsenicum pinguedo  
sunt terræ, vt a nobis narratum est. Cu  
iusexperientiam & manifestam pro  
bationem elicias per illius facilem ins  
flammationem, & facilem eius liques  
factionem, per calidum. Non enim  
inflammat, nisi quod oleagenum,